Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319016

20

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS LODOVICUS JOOST SPOOR,

ex pago Stratum.

AD. XXV M. JUNII A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN ET DUMONT.

THESES.

I.

Quando uxori facta est donatio absente vel consensum negante marito, et uxor judicis auctoritatem invocavit, donator autem interim vita decessit, donatio ita irrita fieri non videtur.

II.

Non probandum est, personas art° 1950, § 4, enumeratas, scilicet propter furtum, vel stellionatum condemnatas, testes in testamento faciendo admitti.

III.

Usufructuarius quam diu inventarium non fecit non habet jus in fructus.

IV.

Legislatorem nostrum recte art° 310 C. C. a dispositione art, 315 Cod. Nap. discessisse defendimus.

V.

Art. 79 C. C. non accipiendus de ancilla nupta.

VI.

Ex lege fundamentali art° 187 cives non cogi possunt ad milites recipiendos.

VII.

Verba art[i] 321 C. M. *voor de onderneming* non indicant exercitores retinere posse naulum quod acquisitum est, ante quam cum magistro contractum est.

VIII.

Navis appellatione jure mercatorio nostro, non continentur rates.

IX.

Socii sibi invicem opponere nequeunt instrumenti defectum.

X.

Emtio sub praemio contracta (praemie-Contract) non irrita habenda est ideo quod conditionem potestativam continere videtur.

XI.

Recte in art° 20 Cod. Merc. addita sunt in fine verba, „zonder dat hij ooit tot teruggave van genotene winsten verpligt zij.”

XII.

Verbum *démence* in art. 64 Cod. Poen. non strictim accipiendum esse defendimus.

XIII.

Verba art. 2 Cod. Poen. »Suivies d'un commencement d'éxécution legislator Francicus a° 1832, in definitione conatus delinquendi, recte servavit; minus recte rejecit illa" manifestée par des actes extérieurs.

XIV.

Art. 222. Cod. Poen. non intelligendus est de injuriis scripto verum de iis quae ore editae sunt.

XV.

Facultas in art. 174 Cod. Quaest. Crim. procuratori generali concessa accusationem fuse explicandi minus probanda videtur.

XVI.

Notio delicti flagrantis quae art. 38 Cod. Quaest. Crim. Batav. continetur nimis ampla videtur.

XVII.

Divisio maleficiorum in crimina, delicta et leviora peccata improbanda non est.

XVIII.

Actio Pauliana non est in rem.

XIX.

Bonae fidei contractus propter dolum initi, ipso jure sunt nulli.

XX.

Lex 1 § 2 D. pro donato mihi non videtur obstare Legi 25 D. de donationibus inter virum et uxorem.